



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von
Erfurti, 1675**

IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

vere consuevit, cumque à dextra ripæ sub altissimis præcipitiis fons crystallinus ebulliat, amœna solitudine loci captus, ubi præcipitia recedunt in sinum, altare sancto Martino sacrum erexit, ac addictis postea jugeribus, cum angustia, & sterilitas peculiarem monachorum cœtum non aleret, cœnobio S. Petri donavit.

Verum ut ad Ludovicum II. revertar, eidem Moguntia Vicedominatum crediderat, igitur patriis artibus insistens, contemptis hinc inde castris (*a*) Imperium sibi firmat. * Attamen pro Domino † multa etiam contrà Cæsarem Henricum V. fortiter egit, à quo per Hojerum comitem in Mansfeldt, exercitus Ductorem oppressus, vix se fugâ sustulit. Primus ille (*b*) salientes † in monte D. Petri aquas de assurgente versus occidentem colle per plumbeos canales duxit. Alii (*c*) Wernerο cœnobii Abbatι Hirsaviā postulato adscribunt: & quoniam in lapide excisus leo aquas vomitat, fons leoninus appellatus est.

* Sedit (*d*) hoc tempore Adalbertus variæ fortunæ princeps, hic odiosam decimorum exactionem † iterum suscitabat, non sibi, sed altari se petere dicens: atque ut hoc ipsum subditis persuaderet, de jugeribus suis decimas Ecclesiæ B. M. Virginis, git.

IX.

* MCXIII.
Ludovicus
Saltator pro
Moguntino
belligerat.
quad ret.

Salientes a-
quæadmon-
tem D. Petri
ducuntur.

X.

* MCXXIII.
Adalbertus
decimæxi-

qua

- (*a*) Chron. Thuring.
- (*b*) MS. Chron. Erfurt. anon.
- (*c*) MS. Petrense.
- (*d*) Chronica Thur. hoc anno.